

1923

CODICES

1924

Alterius :

*Hortt zw Inn diesem gottes Haufs.**Ich tail euch beint das abblafs aus &c.*

Precationes tres vernaculae ad Deum Patrem, Filium et Spiritum S. pro vera, ut dicitur, Ecclesia his ultimis periculosis et tristibus temporibus.

Epistola, ut videtur, ἀποστολική Ministrorum Ratisbonensium ad Ambergenses germanice data die Sim. et Judae Apostt. 1553. qua illos ab Erroribus Interimisticis et Adiaphoristicis dehortantur. Decretum enim illud in favorem Papae datum, Ecclesiam non posse simul esse Sponsam Christi et Antichristi; se ipsos aliquo etiam tempore Hypocritas egisse, sed resipuisse &c. Praecipue monent, ne patiantur Suos, dum funera comitantur, impiarum se cerimoniarum participes reddere.

Demum Rhythmi quidam pii, Fragmentum de Observantia Diei Dominicae, et Precationes e Psalmis depromptae.

CCCCXCI.

537 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 7. 4. est Sermo Theologi Protestantis in die Innocentium, inscriptus: *Vonn denn vnnschuldigen Kindlein zw Bethlehem. Matth. 2. Jerem. 31. Psal. 8. Marc. 10. Init: Lasset die Kindlein zu mir kommenn, dann sollicher ist das Himmelreich. Wie ist es denn Kindlein zu*

Bettlehem ganngen. Do die Weisenn aus Morgenlandt genn Jerusalem kamendt &c. Disquiritur hic: quare hi Infantes adpellentur Innocentes? Quid ex eorum Historia discendum? Quomodo agenda festa eorum memoria? Quomodo Matres adhortari debeant Proles suas ad omnia pro Deo toleranda. Job. Matthesium autorem suspicor aut aliquem e primis in Austria Pastoribus Lutheranis.

CCCCXCII.

Codex chartaceus lat. Sec. 919 XVI. Folior. 103. 4. non una manu exaratus, passimque refectus, correctus et inculcatus, est *Catalogus Testium Veritatis, qui ante nostram aetatem reclamarunt Papae, compilatus a Matbia Francovich dicto Flacio et a Patria Albona Istriae Illyrico, editusque primum Basileae per Job. Oporinum, ut frons, per Mich. Mart. Stellam vero 1556. 8. ut calx praefert, dein Argentinae 1562. f. cum Appendice, quae tamen sub finem Basileae ex Officina Joannis Oporini 1562. prodivisse dicitur. In Monito huic Appendici praefixo Catalogus ipse hac editione Argent. amplius quam tertia parte a Collectore ipsius auctus fertur. Ampliorem insuper reddidit Sim. Gulardi industria*